

Ad Hebræos II.

Nosctus ex socio, qui non cognoscitur ex se, vera premia  
 canit. et Divus Hieronymus dicere solebat, talis quisq[ue] est  
 qualium confortio delectatur. S: Paulus Apostolus de moyse  
 memorat: quod grandis factus negavit se esse filium Pharaonis  
 filia Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei,  
 quam temporalis peccati habere jucunditatem. Sane h[ic] q[ui]  
 demq[ue] Registrator noster Benedictus Iesse dicit Gregorio  
 Papa maluit pro Deo laboribus fatigari, quam vita huius  
 favoribus extolli nullus profecto insignem aliquam virtutē  
 et sanctitatem est assecutus, qui non perfecte vicit respectus  
 atq[ue] timorem humanum. Si hominibus placere, christi  
servus non essem, de semetipso Paulus Apostolus dicit, qui  
tamen omnibus omnia fieri studuit, ut omnes lucrifaceret.  
cum consumaverit homo, tunc incipiet.

7

Jam vero, quia qui inter homines perfectionis etiam studiosus  
 viri, pedage compellitur videre et experiri minus per-  
 fecta, et humana conditionis appendices, et fragilitates  
 multiformes; quid vobis faciendum sit, attendite.

Christus discretissimus Sanctitatis Magister, cum disci-  
 pulos suos ex schola sua in mundum mitteret, hoc eis  
 Principium tradidit, et ego vobis trado. Estote prudentes,  
sicut serpentes, et simplices sicut columba, Cavete autē  
ab hominibus. In primis ergo prudentia vobis necessaria  
 est, qua sciatis discernere inter bonum et malum, inter  
 perfectum et imperfectum, inter principia christi, et  
 Principia mundi, et Spiritus mundi. Prudentia vobis  
 est necessaria, ne quodlibet approbetis, ne in quodlibet  
 consentiat, ne quodlibet imitemini, ne quodlibet recitatis